pag. 118. Summa hujus orthodoxæ doctrinæ breviter comprehenditur in Concilio Arauſſicano 2. quod quaſi compendium eſt omnium eorum, quæ paſſim apud Auguſtinum & alios diffusè leguntur; Atque utinam in hac ſimplici explicatione, quæ divinis literis & orthodoxæ doctrinæ conſentanea eſt, & ad pietatem ſufficit, permaneatur, & inutiles ac infinitæ quæſtiones de neceſſitate, & * ἀνεργεία è medio auferantur.

* συνεργεία

Hanc enim doctrinam de gratia Dei & libero arbitrio ſaniores quoque Scholaſtici adverſus Pelagianos ſtrenuè defenderunt, in quibus eſt Thomas Bravardinus ſuo tempore Doctor profundus appellatus, qui egregium volumen (quod Summam appellat) adverſus Pelagianiſmum ſuâ ætate inoleſcentem conſcripſit, quam Scholaſticorum ſaniorem ſententiam Bucerus agnovit: Ingenuè (inquit) omnes non veteres modò, ſed & recentes Theologi (inter quos non injuriâ ſatis ſit unum

Thomam

derselben dem Willen Gottes gehorsam leiste / vnd in den guten Wercken eben durch solche Gnad verharre / ja endlich auß derselben die Erbschafft deß himlischen Reichs antreten möge.

Der Innhalt dieser richtigen vnd Schrifftmässigen Lehr wird kürtzlich im Concilio Arausicano 2. verfast / welches gleichsam ein kurtzer Begriff alles dessen ist / was hin vnd wider beym Augustino vnd andern weitläufftig von dieser Sach gelesen wird. Vnd wolte Gott man bliebe in dieser einfältigen Erklärung / welche mit Gottes Wort vnd der reinen Lehr einstimmet / auch zur Beförderung der waaren Gottseligkeit vns ein vergnügen thut; Vnd es würden hingegen die vnnützen vnd vnauffhörliche Fragen von der Nothwendigkeit vnd Mitwirckung auß dem mittel geräumet.

Beweiß auß dem Concilio Arausicano 2.

Wunsch deß Auctoris.

Deñ diese Lehr von der Gnade Gottes vnd freyen Willen haben auch die verständige Schullehrer wider die Pelagianer stattlich vertheidigt; vnter welchen Thomas Bravardinus (so zu seiner zeit ein tieffgelehrter Doctor genennet worden) der auch ein herzlichs Buch (mit dem Titul; Summa oder Innhalt wider den Pelagianismum (der damal herfür kam) beschrieben; welche (der Schullehrer) richtige Meynung Bucerus jhm hat gefallen lassen. Alle / spricht er / nicht allein die alten / sondern auch die newen Theologi (vnter denen man vornemlich rühmen kan Thomam)

Zeugnuß Thomæ Bravardini.

Bucerus.

Thomam laudasse, testem) liberum arbitrium nisi moveatur & adjuvetur à Deo, ad bonum nil valere confitentur.

Nec inest igitur ijs, quæ de libero arbitrio Patres quidam aut etiam Neoterici asseruerunt, ea (*quam olim nonnulli putant) impietas, si hæc ritè modò accipiantur, & sicut ipsi scriptores ea accipi voluerunt, &c. Si qui verò ex Scholasticorum numero incommodius de hac arbitrij libertate & rebus humanis loquuti sunt, hæc inter privatas opiniones sunt ponenda, & ijs saniora aliorum ejusdem ordinis hominum scripta sunt opponenda. Quantum autem plerique ex ijs tribuerint divinæ gratiæ, vel unus Bonaventura testatur: Hoc (inquit) piarum mentium est, ut nil sibi tribuant, sed totum gratiæ Dei, unde quantumcumque aliquis det gratiæ Dei, à pietate non recedet, etiamsi multa tribuendo gratiæ Dei, aliquid subtrahit potestati naturæ,

*qualem

bekennen ohne schew; **daß der freye Will (wañ er nicht von GOtt reg gemacht vnd befördert wird) zum guten nichts vermöge.**

Steckt demnach in dem Punct (welchen etliche Vätter/oder jetzige newe Lehrer von dem freyen Willen behaupten) keine solche vngebühr vnd gottloses Wesen/wie es etliche erachtet/wenn nur solche Lehr recht eingenommen wird/nemlich/wie die Scribenten selbst dieselbe wollen verstanden haben/ꝛc. Da aber entgegen etliche auß der Zahl der Schullehrer etwas vngereimt von dieser Freyheit deß Willens vñ menschlichen sachen geredt/so soll man es vnter die personal- oder privat Meynungen stellen/vnd denselben anderer Leute gleiches Ordens bessere Schrifften entgegen halten. Wie viel aber sie mehrentheils/der Gnade GOttes zugeeignet haben/bezeugt der einige Bonaventura, denn also spricht er; **Das stehet frommen Hertzen zu/daß sie jhnen nichts/sondern alles gantz vnd gar der Gnade GOttes zuschreiben. Daher/wenn gleich einer der Gnade Gottes viel zueignet/wird er doch darumb von der Gottseligkeit nicht abfällig werden/ob er schon mit Erhebung der Gnade Gottes der Krafft seiner Natur vñ**

Der Protestirenden Lehr vom freyen Willen hat nichts gottloses in sich.

Etlicher Schullehrer vngereimte Reden vnd Schrifften/wie mit denselben vmbzugehen.

Bonaventuræ Meynung.

naturæ, vel liberi arbitrij; cùm verò aliquid gratiæ Dei súbtrahitur & naturæ tribuitur, quod gratiæ est, ibi potest periculum intervenire.

ARTICULUS XIX.

De causa peccati.

pag. 121. RECtè in Confessione subjicitur: Causam peccati esse voluntatem diaboli & impiorum, quæ, non adjuvante Deo, avertit se à Deo, sive, ut in libro Ratisbonæ proposito eâdem sententiâ hic articulus exponitur: Causam peccati constat esse malam voluntatem diaboli, & hominis se à Deo avertentem, quæ malitia voluntatis, non à Deo, sed ex diabolo & nobis est, sicut Christus ait: Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquetur. Invidiâ diaboli mors intravit in orbem terrarum: Per obedientiam unius hominis constituti sunt multi; in quem libri articulum pars utraque consensit.

ARTI-

deß freyen Willens etwas entzeucht; Weñ aber der göttlichen Gnad etwas benom̃en vnd der Natur zugeschrieben wird (welches doch der Gnade gehört) da hat es gefahr auff sich.

Der XIX. Articul.

Von Vrsach der Sünde.

IN der Confession wird diß billich hinzugethan daß deß Teuffels vnd der Gottlosen Will eine Vrsach der Sünde sey/ welcher sich ohn Gottes Vorschub vnd Beförderung von GOtt abwendet; Oder/ wie in dem vorgelegten Buch zu Regenspurg dieser Articul eben auff solche meynung erkläret wird: Es ist gewiß vñ offenbar/ daß deß Teuffels böser Wille/ vnd deß Menschen/ der sich von Gott abwendet/ eine Vrsach der Sünden sey. Welche Boßheit deß Willens nicht von Gott/ sondern auß dem Teuffel vñ vns ist/ wie Christus spricht: Wenn er die Lügen redet/ so redet ers von seinem eignen. Durch deß Teuffels Neid ist der Todt kommen in die Welt. Durch eines Menschen Vngehorsam sind viel Sünder worden. Zu welchem Articul deß ermeldten Buchs sich beyde Parteyen verstehen.

Deß Teuffels vnd der Gottlosen Will eine Vrsach der Sünden.

Johan. 8. v. 44.
Sap. 2. v. 24.
Rom. 5. v. 12.

Der

ARTICULUS XX.

De bonis operibus.

pag. 123. De vigesimo articulo dictum est supra ad Articulum 6.

ARTICULUS XXI.

De cultu Sanctorum.

pag. 124. Cultum Sanctorum, id est, beatorum Spirituum jam cum Christo in regno coelesti degentium Confessio in eo positum esse docet, ut fidem eorum & bona opera quisque pro sua vocatione imitetur.

In Apologia verò triplicem honorem probant, quorum primus est gratiarum actio, cùm gratias agimus Deo, quòd exempla misericordiæ suæ erga genus humanum nobis proposuerit, & ipsos quoq; sanctos laudamus, qui his donis fideliter usi sunt:

Secundus cultus est, confirmatio fidei nostræ, ut cùm videmus Petro, Magdalenæ condonari peccatum,

Der XX. Articul.

Von guten Wercken.

Von dieſem 20. Articul iſt droben beym 6. Articul gehandelt worden.

Der XXI. Articul.

Von Verehrung der Heiligen.

DIeſe Bekantnuß lehret/ der Dienſt/ oder Verehrung der Heiligen / das iſt / der ſeligen Geiſter (welche nunmehr bey Chriſto im Himmelreich leben vnd ſchweben) beſtehe hierinn/ daß ein jeder nach ſeinem Beruff dem Glauben vnd guten Wercken derſelben nachfolge. Die Meinung der Augſpurgiſchen Confeſſion hievon.

In der Apologia aber erweiſen ſie eine dreyfache Ehr; deren 1. iſt die Danckſagung/ wenn wir Gott dancken / daß er vns Exempla ſeiner Barmhertzigkeit gegen dem menſchlichen Geſchlecht vorgeſtellet / vnd wir auch die Heiligen ſelbſt loben/ die ſolche jhre Gaben trewlich angewendet. Apologia handelt von einer dreyfachen Verehrung der Heiligen. Die erſte.

Der 2. Dienſt iſt die Beſtetigung vnſers Glaubens/ So wir ſehen / zum Exempel/ daß dem Petro vnd der Magdalenæ die Suͤnde vergeben worden/ daß auch wir hiedurch auffgerichtet vnd vertroͤ- Die ander.

catum, erigimur & nos, ut credamus, quòd verè gratia exuberet peccatum.

Tertius honos imitatio fidei, & reliquarum virtutum, quas quisque pro sua vocatione imitari debeat, & hæ quidem sunt præcipuæ utilitates, quas ex commemoratione sanctorum hominum capimus, atque hæc in memoria Sanctorum in primis populo proponenda sunt.

Sed honor Sanctorum in eo potissimum consistere videtur, cùm nos adhuc terrenæ conversationis contagione polluti, beatissimos illos Spiritus jam ab exilio ad CHRISTI regnum translatos, tanquam digniores conservos & laborum & certaminum, quæ pro CHRISTO susceperunt, amplissima præmia consecutos, omni honore & veneratione prosequimur, eorum memoriam honorificè celebramus, eorum res præclarè pro CHRISTO ex DEI gratia gestas magnificè prædicamus; quamquam omnis hic honor ad Deum potissimum referatur, de quo honoris genere loquitur Cyrillus: *lib. 6. contra Iulian.* Sanctos (inquit) martyres, neque Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus, laudamus eos potius

stet werden/ vestiglich zu glauben/ es sey die Gna- de warhafftig mächtiger/ denn die Sünde. Rom. 5. v. 21.

Die 3. Ehr ist die Nachfolg deß Glaubens und anderer Tugenden/ deren ein jeder/ laut seines Beruffs/ sich befleissigen solle. Und diese zwar sind die vornemsten Nutzbarkeiten/ welche wir auß dem Gedächtnuß der H. Leute nemen; und die sollen auch zum Gedächtnuß der Heiligen dem Volck sonderlich vorgehalten werden. *Die dritte.*

Aber es scheinet/ die Ehre der Heiligen beruhe mehrtheils in dem; Wenn wir (als die da auff Erden und in menschlicher Schwachheit schweben und leben) den seligsten Geistern (welche jetzund als würdigere Mitknechte auß dem Elend in Christi Reich versetzt worden/ und herrliche Belohnung für jhre Arbeit und Streit/ die sie umb Christi willen auff sich genommen/ erlangt) alle gebührliche Ehr anthun/ jhr Gedächtnuß ehrlich haltẽ/ derselben herrliche vñ umb Christi willen auß göttlicher Gnad geleiste Arbeit hoch rühmen/ wiewol alle diese Ehr fürnemlich auff Gott gerichtet werden soll. *Das gedächtnuß der Heiligen soll ehrlich gehalten werden.* Von solcher Art zu ehren redet Cyrillus also: Wir/ spricht er/ sagen nicht/ daß die H. Märtyrer Götter seyn; so haben wir auch nicht im gebrauch/ daß wir sie anbeten/ wir strei- *Cyrilli Spruch von der Verehrung der Heiligen.*

potius summis honoribus, quod pro veritate strenuè certarunt, & fidei synceritatem servarunt.

pag. 136. *possimus

Paulò post: Quanquam non video, quomodo Ecclesiæ nomen tueri *possit, quæ talem doctrinam in consuetudinem receperit, quâ CHRISTI meritũ obscuretur, Deo proprius honor eripiatur, ac creaturis vindicetur, & cum hoc præcepto pugnetur; quo jubet Christus in nomine suo preces fieri, & mandatum hoc violetur: Dominum Deum tuum adorabis.

pag. 139.

Paulò post: Veruntamen & illud fatendum est, & multos & magnos errores hoc prætextu intercessionis & meritorum in vulgi animos & mores invasisse, quibus etiam quorundam doctorum virorum inconsiderata scripta & dicta occasionem & fomentum suppeditarunt, quos imprimis, & quidem summâ diligentiâ correctos oportuit, ut ex quibus contrarij errores, totius Ecclesiæ consuetudinem damnantium, originem duxerunt, quare nisi

chen sie vielmehr mit höchstem Lob herauß/ weil sie für die Warheit tapffer gestritten/ vnd die Reinigkeit deß Glaubens behalten haben.

Bald hernach: Wiewol ich nicht sehe/ wie man den Namen vnd ansehen dieser Kirchen vertheidigen möge/ welche eine solche Lehr angenommen vnd in die gewonheit gebracht/ dadurch Christi Verdienst verdunckelt/ GOtt seine eigene Ehr geraubt vnd den Creaturen zugeeignet/ auch wider dieses Gebot/ wann Christus wil/ daß das Gebet in seinem Namen geschehen solle; gestritten/ benebens der Befehl übertreten wird; Du solt Gott deinen HErrn anbeten.

Keine rechte Kirch da GOtt dem HErrn seine Ehr geraubt vnd den Creaturen zugeeignet wird.

Joh. 16. v. 23.

Matth. 4. v. 10.

Bald darauff: Jedoch muß man auch bekennen/ daß vnter diesem Schein der Vorbitt vnd Verdienst sehr viel vnd grosse Irrthumben in die Hertzen vnd gewonheit deß gemeinen Pöfels eingeschlichen/ zu denen auch etlicher gelehrten Männer vnbedachtsame Schrifften vnd Reden anlaß vnd vorschub gegeben/ so dann sonderlich vnd mit höchstem Fleiß zu verändern vnd zu verbessern/ als auß welchen die widrige Irrthumben der jenigen (die der gantzen Kirchen Gewonheit verdammen) jhren Vrsprung genommen. Derhalben/

Mißbräuche/ so vnter dem Schein der Vorbitt der Heiligen eingerissen/ vnd billich abzuschaffen.

nisi remotis causis ea, quæ ex causis efficiuntur, non facilè removentur.

Primus itaque error est, quòd impij homines & in peccatis perseverantes ac nullam vitæ emendationem meditantes, Sanctorum intercessioni ac meritis temerè confidunt, nec ipsi pœnitentiâ ducti preces suas ad Deum adjungunt, quem errorem non uno in loco Chrysostomus graviter reprehendit.

In Genesi Homil. 43.

pag. 140. In Matth. Homil. 5.

Paulò post: Etiamsi, inquit, Abraham Patriarcha pro ijs supplicet, qui in suis vitijs permanendo, immedicabiliter ægrotant, abibit Deus relinquens rogantem, &c. Non igitur quasi oscitantes & desides ex aliorum meritis pendeamus.

Paulò post: Hæc autem falsa & pernitiosa opinio, quantum in vulgus invaluerit, nimis compertum est. Existimarunt enim homines improbi & in sceleribus suis perdurantes, solâ Sanctorum (quos sibi patronos delegerunt, & frigidis, ne dicam prophanis ceremonijs coluerunt) intercessione & patroci-

wo man die Vrsachen im Grund nicht abstellet / wird schwerlich das jenige verbleiben / was auß solchen Vrsachen erfolgt.

Ist demnach diß der 1. Irrthumb / daß die Gottlosen vnd in Sünden verharrende (die auch auff keine Besserung jres Lebens gedencken) vergeblich sich auff die Vorbitt vnd Verdienst der Heiligen verlassen / oder in Vnbußfertigkeit jhr Gebet zu Gott stellen: welchen Irrthumb Chrysostomus an vielen Orten hefftig strafft. 1. Der Gottlosen Irrthumb.

Bald hernach: **Wen gleich / spricht er / der Ertzvatter Abraham für die jenige flehentlich bittet / welche in jhren Sünden verharren / vnd an vnheilsamer Kranckheit darnider ligen / so würde doch GOtt fürüber gehen vnd dem Vorbitter den Rücken weisen / ꝛc.** Sollen demnach nicht (als schläfferige vnd faule) an frembden Verdiensten hangen.

Bald darauff: Wie starck aber diese falsche vnd schädliche Meynung bey dem gemeinen Mann eingerissen / ist allzu sehr am tag. Denn die gottlosen vnd vnbußfertigen Leute haben vermeynt / als ob sie allein durch Vorbitt vnd Schutz der Heiligen (die sie jhnen zu jhren Nothhelffern auffgeworffen / vnd mit kaltsinnigen / wil nicht sagen / nichtigen vnd eiteln Ceremonien Gottlose Leut haben vnter den verstorbenen Heiligen ihre Schutz-

geeh-

trocinio veniam ſibi & gratiam apud Deum eſſe paratam: quæ pernitioſa opinio, quantum etiam fieri potuit, commentis miraculorum confirmabatur.

Alter error eſt, quòd homines etiam non mali, certos ſibi Sanctos, tanquam patronos & tutores delegerunt, in eorum meritis atque interceſſione plus quàm in Chriſti merito fiduciam poſuerunt, atque adeò, unico illo advocationis Chriſti officio obſcurato, Sanctos atque imprimis Virginem Matrem in illius locum ſubſtituerunt.

Gabriel Biel in Canon. lect. 8.

Imò non defuerunt, viri etiam celebres, qui aſſererent, id quod Heſter Aſſuero promiſit ſe petenti, dimidium regni daturum, in Maria completum eſſe, in quam Deus regni ſui, quod judicio & miſericordiâ conſtat, dimidium, hoc eſt, miſericordiam tranſtulerit, alterâ regni parte ſibi retentâ. Hinc illi tituli, paſſim virgini tributi: Regina cœli, Regina & mater miſericordiæ, vita, ſpes noſtra, lux Eccleſiæ, advocata & mediatrix. Quæ etſi com-

modam

geehret) Vergebung vnnd Gnad bey GOtt erlangen könten; welche schädliche Meynung nach eusserstem vermögen mit erdichten Wunderwercken bestetiget worden.

herin gesucht / vñ dabey auff falsche Wunderwerck sich beruffen.

Der 2. Irrthumb ist/daß auch etliche nicht so gar böse Leute jhnen gewisse Heiligen als Schutzherrn vñ Nothhelffer außerkoren/vnd grössers vertrawen auff derselben Verdienst vnd Vorbitt/als auff das verdienst deß HErrn Christi gestellt/vnd zwar so weit/daß sie auch mit Verdunckelung deß einigen Mitlerampts Christi/die Heiligen (vnd sonderlich die Jungfraw Mariam) an dessen statt verordnet.

2. Etlicher/ nit so gar böser Leut/Irrthumb.

Aberglaubige Verehrung der Jungfraw Maria.

Ja es sind auch fürneme Leute gewesen / die sich dorfften vernemen lassen / was Ahasverus der Esther zu geben versprochen / nemlich / die helffte seines Königreichs / das were an Maria erfüllet worden / als welcher Gott von seinem Reich (so da ist Gericht vñ Barmhertzigkeit) die helfft/das ist/ die Barmhertzigkeit mitgetheilt/vñ die andere helfft jhm vorbehalten. Daher der Jungfrawen diese Titul hin vnd wider zugeeignet worden; die Himmels Königin; Königin vnd Mutter der Barmhertzigkeit; das Leben; vnsere Hoffnung; das Liecht der Christlichen Kirchen; Fürsprecherin

Dazu auch etliche fürneme gelehrte Leut geholffen.

Esth. 5. v. 3.

Vngereimte Titul für die Jungfraw Mariam.

R cherin

modam interpretationem admittant, ea tamen non ſemper omnibus præſertim rudibus & imperitis occurrit. Quid, quòd totum Pſalterium ſublato ubique Domini nomine in nomen Dominæ commutatum legitur? Quin & eò ventum eſt, ut etiam CHRISTUS jam in cœlo regnans matri ſubjiciatur: quomodo in nonnullis Eccleſijs canitur: Ora matrem & jube filio.

Item;

O fœlix puerpera,
Noſtra pians ſcelera,
Jure matris impera
Redemptori.

Sed his opponi debent, quæ à ſanioribus Scriptoribus etiam Scholaſticis piè traduntur: ut vel illud Bonaventuræ, cùm ait: Etiamſi mater ſit habenda in reverentia, multò major tamen eſt habenda erga filium, ex quo eſt illi omnis honor & gloria, qui eſt omnium Redemptor & Salvator, qui

cherin vnd Mitlerin. Welche (ob sie wol etwa eine bequeme Außlegung leiden) mag doch solche nicht allezeit allen (sonderlich den groben vnd vnerfahrnen) beyfallen. Was? hat man denn nicht den gantzen Psalter verkehrt vnd überal hinweg genommen den Namen/ HErr/ vnd dafür gesetzt den Namen/ Fraw? Ja/ es ist auch dahin kommen/ daß sie Christum (welcher jetzt im Himmel regirt) seiner Mutter vnterwerfflich machen wöllen; wie denn in etlichen Kirchen also gesungen wird: **Bitte die Mutter/ vnd befihl deinem Sohn.** Item, Schändliche Verkehrung deß Psalters. Gotteslästerlicher Gesang.

O selige Kindbetterin/
Vnserer Sünden Büsserin/
Vermöge deines Mutterrechts/
Gebiete dem Erlöser/ rc.

Aber diesen dingen soll man entgegen setzen/ was die verständige Scribenten/ auch Schullehrer gottseliglich geschrieben vnd gelehrt; Zum Exempel/ dieses deß Bonaventuræ; **Ob man gleich die Mutter soll in Ehren halten / soll man doch dem Sohn grössere Ehr erzeigen / als von welchem sie alle Ehr vnd Ruhm erlanget/ vnd welcher aller Menschen Erlöser vnd Hey-** Widrige vnd schrifftmässige Meynung verständiger Scribenten: sonderlichen Bonaventuræ.

qui omnibus aperuit januam, & unus prò omnibus mortuus eſt. Idem cavendum docet, ne dum Matris excellentia ampliatur, filij gloria minuatur, & ſic in illo Mater provocetur, in quo magis vult filium extolli, & honorari, quam ſe ipſam, utpote Creatorem creaturam. Hæc quamvis de originali peccato loquatur, à quo ſolum CHRISTUM, non etiam virginem, Matrem excipi vult, tamen etiam ad intempeſtivos illos Virginis honores, quibus non ſolùm filio æquatur, ſed etiam anteſertur, accommodari poſſunt.

Tertiò nonnunquam error accidit in meritis Sanctorum, quibus nonnulli ſanctificandi & redimendi vim tribuere videntur, quod ſoli CHRISTO Deo & homini proprium eſt, de cujus plenitudine omnes accepimus, & cujus vibice ſanati ſumus.

Paulò poſt: Alioqui religioſiſſimè ſcripſit Leo Pontifex: Quis eſt (inquit) qui tradidit ſe ipſum pro

land ist / der allen die Thür deß Himmels auffgethan / vnd einer für alle gestorben. Eben dieser lehret / man solle sich ja wol vorsehen / damit nicht / in dem der Mutter Herrligkeit erweitert / deß Sohns Ehre gemindert / vñ also die Mutter hierüber erzörnet werde / weil sie jhren Sohn mehr erhöhet vnd geehret haben wil / deñ sich selbst / nemlich / als die Creatur den Schöpffer. Obwol dieses Bonaventura auff die Erbsünde geredt (davon Christus / nicht aber die Jungfraw Maria außgeschlossen ist) so kan es doch auch auff diese vnzeitige Ehr der Jungfrawen (damit sie Christo nit allein gleich geachtet / sondern auch vorgezogen wird) gerichtet werden.

NB. Jungfraw Maria nicht von der Erbsünd außgeschlossen.

Zum 3. begibt sich bißweilen ein Irrthumb in den Verdiensten der Heiligen / da sichs ansehen läst / als wenn man jhnen eine Krafft heilig zu machen vnd zu erlösen zueignen wolte / welches Christo allein (als Gott vnd Menschen) zustehet / von dessen fülle wir alle genommen / vnd durch seine Wunden geheilet worden sind.

3. Irrthumb auß den Verdiensten der Heiligen.

Erlösen vnd heilig machen steht Christo allein zu.

Johan. 1. v. 16.

Esa. 53. v. 5.

Bald darauff: Sonsten hat Leo der Pabst sehr Christlich geschrieben: Wer ist der jenige / spricht er /

Leonis Papæ schrifftmässiges Zeugnuß.

pro nobis oblationem, & hostiam Deo? aut quod unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus Pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim multorum Sanctorum in conspectu Domini preciosa mors sit, nullius tamen insontis * occasio propiciatio fuit mundi, accepêre Sancti, non dedêre coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ,

* occisio

Est & hic error haud infrequens, quòd veteribus & compertis Sanctis propemodum neglectis, novos & incognitos vulgus hominum ardentius & impensius colat, de quorum sanctitate obscurius constat, & nonnulli per revelationes tantùm innotuerunt, atque adeò de quibusdam, an unquam in rerum natura fuerint, meritò dubitatur, quorum

cultum

der sich selbst für vns Gott zum Opffer dargegeben? Oder wo ist jemals ein heiligers Opffer gewesen/ als eben diß/ welches der waare vnd rechte Hohepriester auff dem Altar deß Creutzes durch seines Fleisches Auffopfferung dargelegt? Denn obwol der Todt vieler Heiligen vor dem Angesicht deß HErrn werth geachtet ist/ so ist doch keines vnschuldigen Menschen Todt die Versöhnung der Welt gewesen; die Heiligen haben die Cron empfangen/ aber nicht außgegeben/ vnd auß der Beständigkeit der Glaubigen sind geflossen Exempla der Gedult/ vnd nicht Gaben der Gerechtigkeit/ daß wirs von jhnen empfahen solten. Psal. 116. v. 15. Apoc. 4. v. 4.

So kompt auch dieser Irrthumb offtmals auff die Bahn/ daß die gemeine Leute/ die alte vnd gewisse Heiligen fast beyseit setzen/ dafür aber newe vnd vnbekandte (von welcher Heiligkeit man doch nichts eigentlich weiß) mit grosser Andacht vnd Eifer ehren/ da etliche nur durch Offenbarungen bekandt worden/ also gar/ daß man über manchem im zweiffel stehet/ ob er jemals vff der Welt gewesen/ deren Verehrung durch Ein anderer Irrthumb von den vngewissen vnd erdichten Heiligen.

das

cultum figmenta historiarum, & imposturæ miraculorum mirificè auxerunt, quæ figmenta etiam compertorum Sanctorũ historias conspurcarunt, quos quisque pro suo affectu commentus est.

Huc etiam referri potest, quòd vulgi imperitia divinos honores Sanctis attribuit, ut cùm templa, aræ, sacrificia, sacerdotia, vota, festi dies, non tantùm memoriæ, ut veteres loquebantur, sed honori & cultui Sanctorum consecrata putantur, quem

De Civitate Dei libr. 22. cap. 10.

errorem Augustinus subinde refellit: Nos, inquit, martyribus, non templa sicut Dijs, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud DEUM spiritus vivunt, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, quibus sacrificium martyribus, sed uni Deo, & martyrũ & nostro sacrificium immolamus. Idem

lib. 8. cap. ultim.

alibi; Nec tamen ijsdem martyribus templa, sacerdo-

das Gedicht jrer Legenden vnd Betrug der Wunderwerck sehr vermehret worden/ welch Gedicht auch der gewisen Heiligen warhaffte Geschichte befleckt/ vnd hat also ein jeder nach seinem affect vnd Andacht die Heiligen erdacht/ oder gedichtet.

Hieher kan auch diß gezogen werden/ daß der vnverständige Lay den Heiligen göttliche Ehr angethan/ wañ man vermeynet/ als ob die Tempel/ Altär/ Opffer/ Priesterschafften/ Gelübde vnd Feyertäge nicht allein dem Gedächtnuß (wie die Alten geredet) sondern auch zu Verehrung vnd zum Dienst der Heiligen eingeweihet worden weren. Welchen Irrwahn Augustinus hin vnd wider außsetzt vnnd widerlegt: Wir/ sagt er/ bawen den Märtyrern die Tempel nicht also auff/ wie Gott dem HErrn/ sondern als ein Gedächtnuß/oder Gedenckzeichen der verstorbenen Menschen/ deren Seelen bey Gott lebē; richten auch daselbst Altär auff/ nicht daß wir den H. Märtyrern/sondern dem Einigen/ vnd also jhrem vnd vnserm GOtt vnser Opffer bringen. Vnd anderswo: Vnd wir richten doch nicht den Märtyrern Kirchen/ heilige Priesterämpter/

Woher es kommen/ daß man den Heiligen göttliche Ehr angethan.

Augustini Meynung hievon.

S

cerdotia sacra, & sacrificia constituimus, quando non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus: honoramus sanè memorias eorum, tanquam sanctorum hominum Dei.

Sed de hac re non incommodè loquitur Guilhelmus Durantis Episcopus Miniatensis. Ad latriam, inquit, pertinent templa & altaria, sacerdotia, sacrificia, festivitates, ceremoniæ, & hujusmodi, quæ soli Deo sunt exhibenda, juxta illud: Dominum tuum adorabis, & illi soli servies, id est, soli Deo servitutem adorationis impendes; non enim Sanctis & Angelis ad honorem Dei, sed potius Deo ad honorem Sanctorum & Angelorum dedicantur templa & altaria consecrantur & sacrificia offeruntur, nec ipsis adorationis servitus, sed soli Deo impenditur, ne si secus fiat, non θεοσεβείας cultus exhibeatur, sed idololatriæ crimen incurratur, serviendo creaturæ, tanquam Creatori. Hæc

Ratio-

ämpter vnd Opffer auff/weil nicht sie / sondern jhr Gott vnser Gott ist; Wir ehren jhr Gedächtnuß als heiliger Leute Gottes.

Von diesem Handel aber redet auch Gvilhelmus Durantis Episcopus Miniatensis nicht vnbequem: Zum Gottesdienst/ spricht er/ gehören Tempel vnd Altär / Priesterschafften / Opffer / Festtäge / Ceremonien vnd dergleichen / welche man auff GOtt allein richten solle/ laut der Wort: Du solt Gott deinen HErrn anbeten vnd jhm allein dienen/ das ist / Du solst Gott den Dienst der hertzlichen Anruffung allein leisten. Denn je nicht den Heiligen vnd den Engeln Gottes die Tempel vnd Altär eingeweihet vnd die Opffer gebracht werden/ wird auch nicht jhnen der Dienst der hertzlichen Anruffung erzeigt/ sondern Gott allein / damit nicht im widrigen der rechte Gottesdienst verbleibe / vnd man in die Straff der Abgötterey gerathe/ wenn man dem Geschöpff/ wie dem Schöpffer

Guilielmi Durantis Meynung.

Devter. 6. v. 13. Matth. 4 v. 10.

lib. 4. c. 30. Rationale divinorum non prorsus sine ratione loquitur.

De Veneratione reliquiarum.

pag. 146. VErùm in hæc paulatim abusus irrepsit; nam queritur Basilius jam suo tempore consuetudinem, quæ apud sanctos viros obtinuerat, corruptam fuisse; nam pro eo, quod in hujusmodi conventibus, quæ in martyrum memorijs agebantur, alius pro alio precari deberet, & per sermonem adhortationis mutuò se ædificare, nundinas & quasi publicum emporium ex sacratis martyrum locis factas esse, quas absurditates pro suo commercio approbare non debeant.

De civitate Dei libr. 8. cap. ultim. Libr. 6. Confeßiõ. cap. 2. 64. Quin & Ambrosij & Augustini temporibus mos invaluerat, ut populus ad martyrum memorias epulas inferret, quod à melioribus Christianis non fieri, & à B. Ambrosio Mediolani interdictum testatur. Constat quoque posterioribus temporibus, nimium reliquijs & memorijs Sanctorum indultum & tributum fuisse, sic, ut à bonis quoque viris

ser selbst dienen wil. Dieses bezeugt das Buch Rationale divinorum nicht ohne Ursach.

Von Verehrung der Heilthumen.

ABer in diesen Dingen ist der Mißbrauch allgemach eingeschlichen; Inmassen Basilius klagt / daß allbereit zu seiner Zeit die Gewonheiten (welche die H. Männer gehalten) in abnehmen kommen vnd verderbt worden. Dañ als in diesen Versamlungen (so zum Gedächtnuß der H. Märtyrer angesehen) einer für den andern beten / vnd sie durchs Gespräch vnd Vermahnung einander erbawen solten / haben sie an statt dieser gebür hingegen Jahrmärckte vñ gleichsam ein öffentliches Gewerb in den heiligen örtern der Märtyrer auffgerichtet / welche vngereimte Sachen sie zu irer Krämerey nicht hätten billigen sollen.

Mißbrauch vnd Irrthumb bey den Heilthumen. Krämerey mit den Heilthumen auch zu Basilij Zeiten.

So hat auch zu Ambrosij vnd Augustini Zeiten dieser Betrug überhand genommen / daß das Volck bey den Gedächtnussen vnd Gräbern der Märtyrer ein Gefräß angestellet / welches von den fromen Christen mit nichten geschehen / vielmehr aber von dem H. Ambrosio zu Meiland verboten worden / wie Augustinus bezeugt. So ist auch am tag / daß man in nachfolgender Zeit den Heiligthümen vnd Gedächtnüssen / oder Gräbern der Heiligen allzu sehr nachgehängt vñ zu viel zugeeignet / also / daß auch eiferige Männer da-

Zur Zeit Ambrosij vnd Augustini.

viris pio Zelo præditis, summa quasi religionis in hujusmodi reliquijs conquirendis, auro & gemmis exornandis, & memorijs, seu templis sumptuosissimis ædificandis posita putaretur, & ab improbis quoque hominibus falsa fiducia in cultu inepto & superfluo reliquiarum collocaretur.

„ Quare in Concilio Cabilonensi reprehenduntur, qui Romam aut Turonum sub prætextu orationis peragrant, putantes frequentatione horum locorum se à peccatis purgari & impunè peccare.

Accesserunt & alia mala, quòd avaritiæ causâ ad simplicem populum illiciendum falsæ reliquiæ supponebantur, & ficta prædicabantur miracula, ijsque miraculis populi superstitio alebatur, ut magis in admirationem miraculorũ raperetur, quàm ad Sanctorum imitationem, vel vitæ emendationem provocaretur.

„ Nonnunquam autem astu & illusione dæmonis hominum superstitione abutentis per insomnia & visa novæ reliquiæ revelabantur, & ejusdem operatione miracula edi videbantur. Hinc Decretum

für hielten/ als ob der gantze Gottesdienst in verschaffung solcher Heiligthumen/ im Schmuck des Goldes vnd Edelgestein/ in Auffbawung der herrlichen Kirchen bestünde/ da zugleich von den gottlosen Leuten ein falsches vertrawen auff den vntüchtigen Gottesdienst vnd überfluß der Heiligthüm gestellet ward. Nichtiges Vertrawen auff die Heilthumb.

Darumb hat man im Concilio Cabilonensi die jenige hefftig angefahren/ welche vnterm Schein deß Gebets nach Rom vnd Turon wallfahrten geloffen/ in Meynung/ sie würden durch Besuchung solcher örter von Sünden gereinigt/ vnd könten ohne Straff ferner sündigen. Wallfarten verboten im Concilio Cabilonensi.

Hiezu hat auch noch ein ander vielfältigs Vngemach geschlagen/ daß man auß Geitz (den gemeinen Mann anzubringen) falsche Heilthum eingeschoben/ auch die erdichteten Wunderwerck höchlich herauß gestrichen/ vñ mit solchen Wunderwercken deß Volcks Aberglauben vermehret; daher sie sich weit mehr über den Wunderwercken vergaffet vnd verliebt/ als daß sie zur nachfolg der Heiligen/ oder/ zur Besserung jhres Lebens sich anmahnen lassen. Falsche Heilthumb/ dadurch deß Volcks Aberglaub vermehrt wordẽ.

Bißweilen aber würden auß List vnd Spott deß Teuffels (welcher der Menschen Aberglauben zu seinem Vortheil verwendet) durch Träum vnd Gesicht newe Heilthümer an den Tag gebracht/ daß sie also deß Teuffels Betrug vnd Wirckung für heilige Wunderwerck hielten. Daher ist dieses Decret zu Lugdun ergan- Etliche nichtige Heilthumb vom Satan eingeschoben/ durch Träum vnd Gesichte.

tum illud Lugdunensis capit. 62. Prælati non permittant, populum vanis figmentis aut falsis documentis decipi, sicut occasione quæstus fieri consuevit, & in Concil. Carthaginensi 5. Canon. 14. Altaria, quæ per somnia & inanes revelationes constituuntur, omninò reprobari videntur.

Item, permulti reperti sunt, qui sanctorum reliquias seu falsas, seu veras quæstui habuerunt, ita ut passim à circumforaneis & vilissimis hominibus instar sacrorum Isidis circumferrentur, & multis mendacijs imperito vulgo commendarentur.

Illud quoque jam inde ab aliquo tempore præter antiquum morem invaluit, ut Sanctorum corpora supra ipsa altaria, qui locus soli corpori CHRISTI deberi putabatur, collocarentur, quæ sub altari poni consueverant. Sic Ambrosius de inventione reliquiarum Gervasij & Protasij: Ille, inquit, CHRISTUS videlicet, super altare, qui pro omnibus passus

ergangen/c. 62. Die Prælaten sollen mit nichten gestatten/ daß man das Volck mit eiteln Fabeln vnd falschen Brieffen betrüge/ wie man vmb schändlichen Gewinns willen gewohnt ist; Vnd im Concilio Carthaginensi 5. Canon. 14. Die Altär/ welche auff Träume vnd eitele Offenbarung auffgerichtet worden/ sollen allerdings verworffen werden.

Das Decret zu Londen.

Der Schluß deß Concilij Carthaginensis.

Item, Es haben auch etliche sich gefunden/ welche die Heilthumb (sie sind gleich falsch oder richtig gewesen) zu jhrem schändlichen Gewinn gebraucht/ also/ daß sie fast (wie das Bild der Isidis) von den Landfahrern vnd Lumpengesind hin vnd wider geschlept/ vnnd dem vnverständigen Völcklein mit vielfältigen Lügen herauß gestrichen worden.

Heilthumb im Land herumb geführt worden.

So ist auch dieses nunmehr eine zeitlang wider die alte Gewonheit eingerissen/ daß man der Heiligen Leichnam über die Altär (da doch dafür gehaltẽ wurd/ der Ort gehörte allein dem Leichnam Christi) gesetzt/ welche man sonst vnter den Altar zu legen pflegte. Ambrosius berichtet also, von den Gebeinen deß Gervasij vnd Protasij: Der HErr Christus/ welcher für vns gelidten hat/ gehöret auff den Altar;

Der Heiligen Cörper über die Altär gesetzt.

Ambrosij Bericht von den Cörpern Gervasij vnd Protasij.

passus est: isti sub altari, qui ipsius redempti sunt sanguine.

Hodie verò, cùm passim omnia reliquijs Sanctorum plena esse videntur, verendum est, ne, si Episcopi & Principes in veris reliquijs inquirendis & dijudicandis eam, quam debent, operam adhiberent, ingentes & detestandæ imposturæ patefierent; quemadmodum in nonnullis locis factum est, & olim Beato Martino accidit, qui cùm locum quendam suæ Diœcesis monumento cujusdam tanquam martyris celebrem adijsset, deprehendit non martyris, sed scelesti latronis monumentum à populo cultum & frequentatum, quod everti statim & excindi jussit. Quamvis illi quoque probari non debeant, qui odio superstitionis certa piorum hominum monumenta violarunt, & ossa, sive cineres, quibus etiam barbarissimi homines pepercerant, summa cum ignominia abjecerunt & dispersérunt.

Cùm igitur veræ & compertæ reliquiæ, præsertim in his Provincijs perpaucæ sint, & multæ ex ijs, quæ ostentantur, non temerè suspectæ haberi possint, atque illarum frequentatio & veneratio non multum pietati, plurimum verò superstitioni, vel

Altar; Jene/als die mit seinem Blut erlöset sind/vnter denselben.

Man solte billich dem Betrug vorbawen: welcher sich schon bereit an vielen Orten gefunden.

Heut zu tag (weil alles hin vñ wider voller Heiligthumb steckt) ist zu besorgen / es möchte (wann die Bischoffe vnd Fürsten gebürenden fleiß zur Nachforschung vnd Entscheidung derselben auffwenden) vnsäglicher vnd abschewlicher Betrug ans Liecht komen/ wie an etlichen Orten allbereit geschehen; vnd einsmals dem H. Martino begegnet ist / welcher / als er zu einem Ort seiner Pfarr (der wegen eines Märtyrers sehr berühmbt war) hinkame / daselbst befunden / daß das Volck nicht dieses / sondern eines schändlichen Mörders Grab geehrt / vnd jhre Wallfarth dahin angestellt / welches er alsbald über einen hauffen zu werffen vñ außzuhawen anbefohlē. Wiewol es denen auch nicht gut zu heissen / die auß gefastem Neid wider die Abgötterey gewisser fromer Menschen Gräber gewaltthätig verunehret / vnd die Gebeine oder Aschen (deren auch die wildesten Völcker verschonet) mit höchster schmach beyseit geschleudert vnd zerstrewet haben.

Was Martino begegnet.

Wider die Gräber nit Gewalt zu üben.

Weil deñ der rechten vnd gewissen Heiligthümen (bevorauß in diesen Landen) sehr wenig / vnd viel auß jhnen (welche man weiset) nicht ohn Vrsach für verdächtig gehalten werden köñen / auch die Besuch- vnd Verehrung derselben zur Gottseligkeit wenig / zum Aberglauben aber vnd Gewinnsucht sehr dienlich ist /

vel quæſtui ſerviant, multò conſultius videtur, ut ab omni reliquiarum oſtentatione abſtineatur, & populus ad veras Sanctorum reliquias colendas, id eſt, exempla pietatis & virtutum, quæ in ſcriptis vel ab ipſis, vel de ipſis extant, imitanda provocetur.

De imaginibus & Simulachris.

pag. 149. AD imagines verò Sanctorum quod attinet, certum eſt, initio prædicati Evangelij aliquanto tempore inter Chriſtianos, præſertim in Eccleſijs, imaginum uſum non fuiſſe, ut ex Clemente & Arnobio patet, tandem picturas in Eccleſiam admiſſas, ut rerum geſtarum hiſtoriam exprimentes, aut ſanctorum virorum vivas effigies referentes. Illæ enim ſolæ imagines dicendæ ſunt, quæ ſpeciem archetypi, quam proximè fieri poteſt, repræſentant. Hinc ſcribit Euſebius ſuo quoque tempore imagines Apoſtolorum Petri & Pauli, denique & ipſius Chriſti, in tabulis depictas honoris cauſa, quamvis gentili ritu aliquot locis ſervatas, atque à ſe viſas fuiſſe. Et Irenæus, Gnoſticos ſcribit imaginem CHRISTI, cum imaginibus mundi Philo-

libr. 7. Eccleſ. hiſtor. c. 8.
Gregor. Ruff. 14.

als wil es für rathsam erachtet werden / daß man sich von aller Vorweisung der leiblichen Heiligthümb enthalte / vnd das Volck zur Verehrung der rechten Heiligthümb / so die Heiligen hinterlassen / das ist / zur nachfolg der Exempel der Gottesforcht vnd Tugenden (welche entweder in jhren oder andern Schrifften verfast stehen) auffmuntere vnd anhalte.

Ein guter wolgegründeter Rath / daß man vor aller Fürweisung der Heilthümer sich hüte / vnd vielmehr zur Gottesfurcht das Volck anweise.

Von den Bildern vnd Gemählden.

WAs die Bilder der Heiligen anbelangt / ist gewiß / daß im Anfang deß gepredigten Evangelij eine zeitlang vnter den Christen (bevorauß in den Kirchen) keine Bilder gebraucht worden / wie auß dem Clemente vnd Arnobio zu ersehen; Endlich hat man sie zu den Kirchen gestattet / daß sie die Historien der geschehenen ding vor Augen stellen / oder / als lebendige Bildnusse der H. Mäñer vorweisen solten. Denn diese sind allein Bilder zu nennen / die eine Gestalt deß Vorbildes / oder abgebildeten dings eigentlich (so genaw es auch jmmer seyn kan) darstellen. Daher meldet Eusebius, daß man auch zu seiner zeit die Bilder Petri vnd Pauli der Apostel / endlich auch Christi selbsten Ehren halben auff Tafeln abgemahlet / wiewol sie an etlichen Orten mit Heydnischen Gebräuchen auffbehalten wurden. Vnd Irenæus schreibt / daß die Gnostici das Bildnuß Christi vnd der weltweisen

Anfangs in der ersten Kirchen sind keine Bilder gebraucht worden.

Endlich nur vmb der Historien willen gestattet.

NB. Eusebius klagt / daß Christi Bildnuß mit heydnischem Gebrauch auffbehalten worden.

Philoſophorum coluiſſe, formam enim CHRISTI à Pilato factam dicebant, quo tempore CHRISTUS cum hominibus fuit. Eo quoque modo Gregorius Secundino imaginem CHRISTI Servatoris petenti transmiſit, id cavens, ne id, ut Deum colat, ſed ex aſpectu imaginis oblata CHRISTI recordatione in ejus amorem accendatur. Huc etiam *pertinet Thoracides Petri & Pauli, ex quibus Conſtantinus Petrum & Paulum, qui per quietem ſibi apparuerant, agnoviſſe ſcribitur in vita Sylveſtri. Et B. Ambroſius de inventione corporum Gervaſij & Protaſij, perſonam ſibi apparuiſſe ſcribit, quæ ſimilis eſſe B. Paulo videbatur, cujus, inquit, me vultum pictura docuerat.

*pertinent thoraces

Solebant item imagines quædam ita depingi, ut non expreſſam aliquam rei effigiem, ſed typum quendam & ſymbolum alicujus rei adumbrarent, quomodo apud Paulinum, ut Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ, ita CHRISTUM in ſpeciem agni figuratum legimus. Crucis verò ſignum undique coro-

Männer in grossen Ehren gehalten: denn sie gaben für / wie das Bild Christi von Pilato gemacht worden were / da Christus mit den Leuten noch sichtbarlich umbgangen. Und auff diese weise hat auch Gregorius dem Secundino auff sein Begehrn das Bildnuß Christi unsers Heylandes übersendet / doch mit diesem Beding / **daß ers nicht für einen Gott hielte; sondern auß dem anschawen desselben sich Christi erinnerte und gegen seiner Lieb entzündet werden möchte.** Hieher gehören auch die Brustbildnussen Petri und Pauli / darauß Constantinus (wie in vita Sylvestri zu sehen) diese Apostel (welche jhm im Schlaff vorkommen) erkennet. Und der H. Ambrosius meldet von Erfindung der Leichnam Gervasij und Protasij, daß jhm eine Person (welche / seiner Einbildung nach / dem H. Paulo gleichte) erschienen sey / **deren Gestalt** / spricht er / **mir von dem Gemählde gewiesen worden.**

Ambrosius hat nur eine historische Erinnerung bey den Bildern gesucht.

Sie pflegten auch etliche Bilder also abzumahlen / daß man nicht die eigentliche Gestalt eines dings / sondern nur ein Merckmahl und Vorbild desselben daran sahe / wie wir bey Paulino lesen; daß der heilige Geist in Gestalt einer Tauben / so wol auch Christus in Gestalt eines Lambs abgebildet worden. Das Crucifix aber war im Gemäld gerings umbher mit

coronâ floribus contextâ cinctum depingebatur, ejusmodi imaginem pictam Paulinus in ingressu Basilicæ suæ locaverat, subjectis his pulcherrimis versiculis, qui symboli illius notionem explicant.

Cerne coronatam Domini super atria Christi,
Stare crucem, celso spondentem celsa labori
Præmia, tolle crucem, qui vis auferre coronam.

Cruci quoque insidebant Columbæ, quem typum alijs versibus aperuit:

Quæq; super signum resident cœleste columbæ,
Simplicibus produnt regna patere Dei.

Ex quibus apparet, Christum magis in typum agni, quam effigie humanâ depingi consuevisse, quod usque ad tempus sexti Concilij generalis obtinuisse videtur, in quo statuitur, ut pastores imposterum non in Agni typo, ut fieri consuevit, sed humano charactere Christum exprimant.

Et satis apparet ex scriptis Gregorij, quamvis ejus ætate superstitio in cultu Sanctorum non parum invaluerat, tamen picturas tantùm in Ecclesijs

einem Kräntzlein von Blümlein geziert; dergleichen Gemäld hat Paulinus im Eingang seiner Kirchen auffgerichtet mit diesen schönen unterschriebnen Verslein/welche die rechte Meynung erklärten: Paulinus/ wie er die Bildnussen gebraucht.

Das Creutz und Cron / welchs oben steht/
Soll schawen/der fürüber geht/
Sehr grossen Lohn es dem verspricht/
Welchen die Welt übel zuricht;
Drumb wiltu diese Cron erjagn/
So must Christo das Creutz nachtragn.

So sassen auch Tauben auff dem Creutz/welches Abbildung diese Vers außlegten:

Die Tauben auff dem Creutze zeign/
Daß Einfältige den Himmel ersteign.

Darauß ist offenbar / daß man Christum vielmehr im Bilde eines Lambs / als in menschlicher Gestalt abzumahlen gewohnt gewesen; welches biß zur zeit deß 6. allgemeinen Concilij verblieben / darinn beschlossen ward / daß die Pfarrherrn Christum forthin nicht mehr ihrer vorigen gewonheit nach/in einem Lambsbild/sondern in menschlicher gestalt abcontrafetten lassen solten. Christi Bildniß anfangs in Lambs Gestalt. Hernach gefolgt eines Menschen Figur.

So erweisen auch deß Gregorij Schrifften / obwol der Aberglaub im Dienst der Heiligen zu seiner zeit sehr eingerissen/daß man doch nur die Gemälde in Zu Gregorij zeiten sind nur die Gemäld geduldet worden.

ſijs admiſſas fuiſſe, non item ſtatuas & ſimulachra.

Sanè ex Auguſtino conſtat, ejus ætate ſimulachrorum uſum in Eccleſijs non fuiſſe, ex his, quæ ſcripſit in Pſal. 115. ad verſiculum illum: Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, hoc enim (inquit) venerantur, quod ipſi ex auro argentoque fecerunt; ſed enim & nos pleraque inſtrumenta & vaſa in hujuſcemodi materia vel metallo habemus in uſum celebrandorum Sacramentorum, & ſunt profectò etiam iſta inſtrumenta, vel vaſa, quid aliud quàm opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent & non loquuntur? Nunquid oculos habent & non viderunt? nunquid eis ſupplicamus, quia per ea ſupplicamus Deo? Mox verò: Non ſolùm pictoribus quidvis ſuo arbitratu pingendi licentia permiſ-

den Kirchen (nicht aber die geschnitzte/ oder außgehawene Bilder) geduldet.

Einmal auß dem Augustino ist gewiß/daß zu seiner zeit die Bilder in der Kirchen nicht im Gebrauch gewesen/vñ zwar auß dem/was er im 115. Psalm über diesen Vers geschrieben hat; Der Heyden Götzen sind Silber vnd Gold/von Menschen Händen gemacht. Denn/spricht er/sie halten das in Ehren/was sie selbst auß Gold vnd Silber gemacht; Sintemal auch wir haben etliche Werckzeug vñ Gefäß in dergleichen Materi/oder Metall zum Gebrauch vnd Verrichtung der Sacramenten: Vnd sind gewißlich auch diese Instrumenta, oder Geschirr nichts anders/denn Menschen Werck. Jedoch frage ich/ haben sie dañ Mäuler vnd reden nicht? haben sie Augen vnd sehen nicht? Ruffen wir sie dann an/ wenn wir sie zum Gottesdienst/als Werckzeuge gebrauchen? Vnd bald hernach: Es ist nicht allein den Mahlern diese Freyheit zugelassen/daß sie jhres beliebens allerley Ding mahlen mögen; Son-

Zu Augustin Zeiten die Bilder nicht gebräuchlich.

Woher es zu schliessen.

 dern

permiſſa eſt, ſed & ſtatuæ & ſimulachra eâdem licentiâ exſculpta, non templa modò, verùm etiam ipſas aras occupârunt. Quod quanti periculi ſit, oſtendit Auguſtinus ad Deo gratias &c. Idola quidem, inquit, omni ſenſu carere, quis dubitat? Veruntamen cum his locantur ſedibus honorabili ſublimitate, ut à precantibus atque immolantibus attendantur, ipsâ ſimilitudine animatorum membrorum, atque ſenſuum, quamvis inſenſata & exanima, afficiunt infirmos animos, ut vivere ac ſpirare videantur, accedente præſertim veneratione multitudinis. Item, Auguſtinus ſermone quodam ſtatuas pro *nomine haberi ex eo concludit, quòd in ara locantur, Nam illi (inquit) quod numen

*numine

dern es haben auch die Seulen vnd Bilder / so eben auß einer solchen Licentz vnd Freyheit gefertigt worden / nicht allein die Tempel / sondern auch die Altär eingenommen; Was dieses für eine Gefahr auff sich habe / zeigt abermals Augustinus an; Denn / spricht er / wer wil daran zweiffeln / daß die Götzenbilder gantz nichts fühlẽ? Jedoch aber / wañ sie mit Ehrerbietung an solche örter gesetzt vnd auffgerichtet werden / da die jenige / so da beten vnd opffern / jhre Andacht auff sie richten / so können sie die schwachen Hertzen mit einer solchen gestalt der Gliedmassen vnd Siñen / ob sie gleich vnempfindlich vnd lebloß sind / gleichwol in die Gedancken verleiten / als wenn sie lebten vnd Athem holeten / zumal / wenn das anbeten vnd verehren von einer grossen Meng Volcks geschicht. Item, Eben auß dem / daß man die Bilder auff den Altar stellet / schleust Augustinus in einer Sermon / daß sie für Götter gehalten werden / denn / sagt er / was

Nunmehr ists zu beklagen / vnd hochgefährlich / daß die Bilder die Kirchen eingenommen.

Augustini gedenckwürdiger Spruch.

Eben hierauß / wañ man die Bilder auff die Altär setzt / schleust Augustinus / daß sie für Götter gehalten werden.

men habeant, & pro numine colant illam ſtatuam, ara teſtatur, &c.

Quam autem abominandum duxerint Chriſtiani, ſi in altari, quæ ſedes eſt corporis & ſanguinis Domini, ſimulachrum vel imago imponeretur, manifeſtum eſt ex Optato, qui Auguſtinum anteceſſit. Nam Donatiſtæ, ut odium Catholicis concitarent, jactabant, venturos, qui intereſſent ſacrificio, ut altaribus aptatis ante ſacrificij oblationem prolatam imaginem in altari ponerent, quod qui audiebant, dicebant: Qui deguſtat, de ſacro guſtat. Et rectè (inquit Optatus) dictum erat, ſi talem famam ſimilis veritas ſequeretur; Verùm nil tale viſum eſt ex eo, quòd fuerat paulò ante mentita fama; nil viderant oculi Chriſtiani, quod horrerent; viſa eſt puritas & ritu ſolito, ſolennis conſuetudo perſpecta eſt.

lib. 2. cont. Parmenia.

Epiphanius ſanè graviter invehitur in muliercularum quarundam ſuperſtitionem, quæ ſimulachrum Virginis circumgeſtabant, eiq; *colyridia offe-

** collyria*

sie für einen Gott haben/ vnd daß sie solch Bild für einen Gott ehren/ das bezeugt der Altar/ ꝛc.

